Sit omnibus notum quod Ego Bonanatus ça Mason filius Bernardi ça Mason quondam commorans in valle sancti Danielis et eius uxor
Ffrancischa filia Bernardi de Camonibus (?) quondam habitatoris burgi sancti Petri de Galligantis Gerunde liberi ut asserimus
ab omni dominio per nos et nostros gratis et ex certa sciencia facimus et convenimus homines proprios et solidos una cum
prole nostra nascitura et omnibus bonis nostris mobilibus vobis venerabili domine Ermessendi (?) Dei gratia abbatisse monasterii sancti Danielis
licet absenti et vestris succedentibus in dicto monasterio in posse notarii subscripti nomine vestro stipulantis et recipientis et hoc pro eo quia ego
dictus Bonanatus teneo et possideo iuxta monasterium predictum quandam domum et quedam casalia cum orto ei contiguo que omnia
teneo sub directo dominio et alodio dicti monasterii et que omnia sunt subiecta ad servitutem personarum faciendarum ipsi monas
terio et que omnia michi dicto Bonanato pervenerunt ratione donationis inde michi facte per Raymundum Provincialis mercatoris
Gerunde et predicta etiam facio ego dicta Ffrancischa pro eo quia nupsi dicto Bonanato viro meo et simul cum eodem teneo dictas
domum casalia et ortum. Quocirca nos dicti coniuges promittimus per nos et nostros esse vobis dicte domine abbatisse et
succedentibus vestris in dicto monasterio bonos fideles et legales tanquam domino nostro et vos et vestros per dominos nostros ubique re
clamabimus et non alios et non intrabimus castrum villam vel civitatem vel alia loca per que nos amittere nos possetis et alio
licentiari (?). Et pro predictis attendendis obligamus vobis et vestris nos et omnia bona nostra ubique. Iurantes etiam per Deum et eius
sancta quatuor evangelia corporaliter tacta omnia et singula supradicta rata et firma habere tenere et servare et nulla ratione
contravenire aliqua ratione. Et ad maiorem firmitatem predictorum facimus Petro de Villario (?) clerico procuratori vestro et dicti mo
nasterii presenti et pro vobis recipienti homagium iuxta consuetudinem Cathalonie. Preterea hec omnia hec omnia et sin
gula supradicta facimus promittimus et paciscimur in posse notarii subscripti nomine vestro et succedencium vestrorum in dicto monaste
suplantis (?) et transpositis
rio. Actum est hoc xviii kalendas Junii anno Domini M CCC tricesimo quarto. Signum Bonanati ça Mason. Signum Ffrancis
che eius uxoris predictorum qui hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Guillelmus Raymundi de villa [illegible] Canonicus Sancti Felicis et Petrus Thome Gerunde.

Signum Petri Massanet notarii publici substituti auctoritate regia a Bernardo de Toylano (?) notario Gerunde publico qui hec scribi fecit et clausit
cum supraposito in linea xviii ubi dicitur stipulantis et ponsentis (?).

n.º 690

Homenatge de Bonanat Camaso [illegible] sa mu-

~~[illegible]~~

ller de Sant daniel [illegible]

[illegible] A 20 maig 1334.

Sarrà de S. Daniel

AC f. 12v N. [illegible] quint de la [illegible]

f. 260 x 274

719